



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

II. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Franciscus de Paula in cultus Mariani constantia enituit. Ejus Rosarium à decimo tertio ætatis anno usq; ad supremum nullo die intermisit; ejusdem iconem in conclavi frequentissimè reverebatur; cui dum Ludovicus XI. Gall. Rex, aliam 17. Philippæorum millibus æstimatam substituere vellet, recusavit, addens pietatem non auro, aut artificio, sed Deiparæ deberi. Miraculorum gloriam, quæ plurimè edebat, B. Virgini attribuit. *Hist. Ord.* In capite nempe flumina redeunt, ut pereant.

O S. Francisce impetra mihi eam in beneficiis omnibus, sed in cultu Mariano potissimum constantiam, per quam ejus mihi patrocinium obtineam, ut illa mihi sit dubitanti Consul, eunti semita, erranti via, pauperi refugium, via morienti, periclitanti salus. O Sanctissima &c. fol. 2.

Ad quod impetrandum: in memoriam memoris sum, quibus Christus in utero Deiparæ lactavit, novies dicam: Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium, & beata ubera, quæ lactaverunt Christum Dominum.

Ad Mariam accedere ne trepides, nihil austerum in ea, nihil horribile, tota suavitas est, quæ ad eam pertinent plena omnia pietatis, & gratiæ: plena sunt mansuetudinis, & misericordiae. *S. Bern. ser. in sig. mag.*

Quæstio: An clam, an palàm factum Mariæ obsequium, illi gratius.